



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Andreas M. 17. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

in fugam versipellem hostem egit, victor trophæum Crucis erexit, & præsidium sacra Divorum Ipsiana imposuit. Quin longius etiam hostem persecutus, pepulit è filiâ Ducis Gunzonis, quam infederat, Galliarum tum regis, sed Christi postea sponsâ. Et poterat in præmium accipere insulam Constantiensem, nisi hanc, quam tanti alii faciunt, nihili ille fecisset. Itaque ad majora præmia, & GALLO digna, celum evocavit. Ejus funus equi ferocissimi sponte ad sepulturæ locum duxerunt, usque aded nihil ferum in orbe est, quod virtus non domet, *Ex VValfrido Strabone apud Siv.*

*Utinam sapiamus ad presentis vite molestationem! utinam intelligamus ad præterita correptionem! utinam devotâ in Deum fide provideamus, ut felicem habeamus, ipso miserante, consummationem!* S. Bern. Serm. 2. de SS. Pet. & Paul.

## S. ANDREAS M. 17. Octobris.

**B**ello, quod sacris Dei Divorumque imaginibus barbarus Copronymi furor indixerat, multum virtus ANDREÆ enituit: quippe qui sub ejus statim initia è Cretâ Constantinopolim advolavit linguâ & pectore propugnaturus pietatem. Et nimirum (clamabat ille in publico virtutis theatro) majores nostros, qui pulchram pro patriâ mortem oppetierunt, stantes in saxo, in arte, in auro suspicimus; at verò qui pulchritas pro celo sunt mortui, nullo honore dignabimur? Tibi homini, Copronyme, aureas poni statuas, & surgere celo colossos spectabimus, neque impune hos quisquam nostrum jam violabit; tu verò castelli Imperatoris imagines, tu Imperatoris Martis magnæ, tu amicorum hujus gratis eversum

his? quin etiam improbe illam ex animo tuo  
maginem deles, quam suâ manu, cum te finxit,  
Numen depinxit? Sed quid ajo? dudum hanc  
recus deformavit, & suis te coloribus pinxit. Hoc  
num audi. Aut fallor ego (imò non fallor).  
ut, si terræ filius bellum porrò cælis movere per-  
gis, si sedibus suis Superos deturbare laboras, ful-  
men etiam tu senties. Erat hoc furiosum lacesse-  
re. Itaque flagra, taureas inclamat tyrannus: his  
acerum in vincula, inde inter lapidum imbres ad  
infamem mortem raptari jubet. Sed ecce adest,  
qui ex itinere, amputato altero pede, Divum cæ-  
lo transmittit; profuitque ad compendium viæ,  
pedem abjecisse. *Ex Surio & Menais.*

Inspiciens est, qui se à Paradisi gaudiis peregrinum  
non considerat, & se exulem in hoc exilio non  
attendit. Stultus est, qui licet ista cognoverit, li-  
berari tamen à mundi miseriâ per vitæ meritum non  
attendit. Auctor Spec. peccat. tom. 9. S. Aug.

S. LVCAS EVANGELISTA.

18. Octobris.

LVCAM nobis Antiochia Syriæ peperit, edu-  
casse verò ipsæ in sinu suo Musæ videntur.  
Nam literis & Ægyptiis & Græcis omnibus ex-  
cultus, arte insuper medicâ clarissimus habitus  
est. Sed nihil hæc omnia ad illa, quæ in Christi  
scholâ grandis discipulus didicit, sui Dei que  
agnitionem. Fertur etiam socius Cleophæ fuisse  
in Emaus eunti, tunc cum ambobus à morte CHRIS-  
TI se comitem junxit, hospesque non asymbo-  
lis mensæ accubuit. Post hujus verò, quem in cæ-  
lis duxit, triumphum, ubi in orbis partitionem  
cum cæteris Apostolis venit, fidus magno Paulo



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN